

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 230. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur:  
<https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677736730560/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

et defectione Israëlitarum, quas tamen sibi pertimescere  
 87 haudquaquam opus habuit, cum liquet, Deum esse, qui  
 162 regna et / stabilitat et conferat, eademque, ubi visum fuerit,  
 90 auferat; 3, Senatores Regios consilii Jdolatricis ad Jdolatriam  
 93 cum omnibus subjectis impulit, verâ religione et cultu  
 Dei in [horrendam] Jdolatriam mutatis; 4, duo conficit et  
 96 conflat Jdola [que] in Dan et Bethel [collocavit], Dan  
 significat domum iudicij seu Regis ac justitiae, hinc idola  
 avaritiae, superbiae, doli mali, ambitionis et adulatio[n]is in  
 99 aulis Principum adorantur. Alterum Jdolum in Bethel seu  
 domo Dei collocavit, hinc Ecclesia multis heresibus, injuriis,  
 sacrilegiis, et vano vel tepido religionis exercitio onusta  
 ingemiscit; 5, instituit festa Deo disp[lic]entia seu ēr[re]ptata  
 ἀνθρόποιον, ordinat sacerdotes, violatō justō vocandi jure,  
 Deo adversos, instituit cultum sacrificiorum, à qvō Deus  
 totâ mente abhorruit.

## 102 Thesis 5.

Positis jam fundamentis curta atque angustæ hujus disputationis, consideranda veniunt Jdola Jeroboami, eaque vel  
 105 Ecclesiastica in Bethel, seu Ecclesia ac domo dei, vel politica  
 in Dan seu domo iudicij, Regis ac justitiae, atque hæc  
 Jdola in curia per rationem Status Rhoboami collocantur.

## 108 Thesis 6.

Deprehendimus autem nullum regni Jeroboamitici (de aliis  
 enim orbis imperantis imperiis ac regnis in tota hac disputati-  
 one ne verbum quidem eloquimur) ordinem aut statum ab  
 111 hac Jdolatria Jeroboamica immunem ac liberum esse, sed tem  
 in orbe imperante procedere, ut Dan: 3; ubi omnes, maximi,  
 114 medioxumi, minimi adorant imaginem aurca[m]. Recensebi-  
 mus itaque idola 1: in statu politico seu Dan collocata, et  
 quidem Regum Israëlis, ministrorum regiorum, [Commis-  
 117 sariorum, Consiliariorum atque officiariorum Regiorum,]